Gratiam et pacem per Dnm Jesum. Adversa corporis valetudo ac tpis
certa negotia ut pluribus ad te scribam Vir Eximie, non permittunt.
Ecce tandem presto quod dudū promiseram. copiam scz ex ipso pressu
facinorū perfidi hominis. que iam multos dies apud me fuit. sed tabellar
non habebam p quē ad tuā h. mittere. Cæsar ad suos properat
quidam iam soluisse asserunt, quidam vero nondū, sed in brevi cum
area secunda speraverit soluturū. Pontifici redituru se in germania
post triennīū promisit. Apud Italos nihil agitur quod scitu dignū sit
Nisi quod Euangeliū christi plurimos habet fautores qui nunc palam
et libere ~~nisi~~ nihil audeant. Crebras ad me dant epistolas. Ego
multos ad eos mitto libros Zuinglij Oecolampadij Bucerj et similiū
Lutheri etiam libros plurimū postulant, ego vero quantū possum detrecto
et caueo ne ad eos veniat propter dissidiū quod ecclie obtrudit et fovet
Vale Vir Candide. ex Rhetorū Curia 10 aprilis. 33.

Tibi deditus Jo. Comander.

Prestanti Doctoque Viro Doctori
Joachimo Vadiano Sctogalln
Consuli prudentissimo
Dno Suo observando